



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Littera de Curia & censu Possching.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

quam futuris regularem vitam eligentibus, apostolicum conuenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurfus, aut eos à proposito reuocet, aut robur quod absit sacrae religionis infringat, & infra & sic terminatur. Datum *Lateran.* per manum *Moyss. Romanæ Ecclesiæ* subdiaconi, vicem agentis Cancellarij, Kln. April. Indictione VI. Incarnationis Dominicæ, Anno Domini M. C. LXXXVIII. Pontificatus verò Domini *Clementis* Pape tertij, anno primo. Vidimus inter cetera quandam clausulam contineri quam de verbo ad verbum legimus & diligenter inspeximus, cuius siquidem clausulæ tenor sequitur sub hac forma: In parochialibus autem Ecclesiis quas habetis liceat vobis quatuor, vel tres de Canonicis vestris ponere quorum vnum diocesano Episcopo praesentetis, qui ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus, & ordinis obseruantia debeat respondere.

Litera super decima Papali.

Quia praesentis ætatis negotia consumit obliuio, nisi fidelis scripturae testimonio roborentur. Ego igitur *Reinhardus* plebanus Ecclesiæ S. *Pauli in Pataunia*, collector decimæ à Domino Legato sedis apostolicæ substitutus profiteor omnibus, praesentem litteram inspecturis, quod Venerab. Praepositus de *Osterhouen* de redditibus & proventibus computatis omnibus suæ Ecclesiæ totam decimam, videlicet LX. lib. Ratispon. den. & V. lib. Wien. mihi sub iuramento persoluit. In cuius rei testimonium & certitudinem firmiorè praesentem dedi schedulam, mei sigilli munimine roboratam. Dat. *Pat.* anno Domini M. CC. LXXXIV. XV. Kln. Aug.

Littera de Curia & censu *Pofching.*

Notum sit omnibus praesentem litteram inspecturis, quod ego *Evverbinus Ederstorffarius*, mihi & meis posteris per XXIII. lib. den. Ratisp. apud Dominos meos de *Osterhouen* Curiam in *Pofching* sub scripta conditione iure hereditario comparavi, videlicet ut ipsis annis singulis in festo beatae *Margaretæ XXXVI.* Dn. pro censu soluere, vel saltem infra octauam sequentem nullatenus contraditam, quod si fecerim in duplo dictis Dominis me profiteor obligatum, hoc adiecto, quod si eandem curiam vendere decreuerim, primo ipsos Dominos meos de *Osterhouen* requirere me promisi, si autem empuonè conducere recusauerint, cuiusque voluerit vendere vel obligare potero Curiam praenotatam. In cuius rei testimonium praesentem litteram mei ac dilecti mei amici *Hugonis* de *Osterhouen* duxi sigillorum prouidentia insigniri. Actum anno Domini M. CC. LXXXIV.

Precarium in der *Arve* iuxta *Champ.*

Nos *Albero* diuina miseratione Ecclesiæ in *Osterhouen* Praepositus & ibidem scire cupimus inspectores praesentium vniuersos quod nos Dn. *Elizabeth Poeslinen* cognomine in *Oxendorff* residenti, & quamquã prius eiusdem duobus filiis, *Hadmaro* videlicet & *Hagnoni*, & trib. filiabus, *Elyzabeth, Cecilia, & Sophia*, nostrum agrum idem qui *Arve* dicitur, cum suis attinentiis ad dies earundem sex personarum in omnem euentum locauimus sub hac forma, ut in die *B. Cholomanni* nobis duos mod. vnum *Sil.* & vnum *Arv* in Curiam nostram in *Chyremsa* sine omni labore nostro annis singulis inde soluant. Conditionibus his adiectis, quod si tale serui-

Metrop. Salisb. Tom. III.

d 2

tium.